



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Energumenam liberat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

aduolarat. Quippe quanquam ex obedientia studiis occupabatur, vitabat tamen errorem, siue improbitatem eorum, qui iussis maiorum Præsidi obiectandis obtentum contumaciæ ex obedientia quærunt: semperque putauit quicquid Prouincialis, aliique sibi Moderatores præciperent, nequaquam id contemptionem mandati, sed interpretationem mentis esse Pontificis. Itaque fidenter aiebat, valeant studia, si ab his auocata obedientia, cui me totum debeo. Hoffæus acceptis ab vrbe literis, quandoquidem auditionem iam Canisius confitentium inchoarat, nec longæ erant futuræ vices, nihil retractandum putauit; nec Borgia vrsit.

Hic verò videre licuit vim cælestis illius oraculi, *Energum. cum. dno. liberat.* Virobediens loquetur victorias. Iniunxerat Hoffæus Canisio (qua præcipuè causa vnus omnium lectus idem putaretur fuisse) vt quando in Vendelini locum Augustæ sufficiebatur, inter alia munera, & illud, quod idem inceptarat, susciperet, vt Exorcistam ageret Virginis nobilis. Anna erat Bernhusia, quæ octauum iam annum miserè torquebatur. Sumpsit igitur arma vir obediens, conseruit fortiter manus, & dedit illi victoriam

riam Deus. Decem tartareos obsessores, obsti-
natosq; tyrannos ex occupata sede expulit. Reli-
qui Augustæ ad Sancti Vldarici, postremus ad æ-
dem Deiparæ Oetinganam expulsus. Vbi præ-
clara statim ad spectatores rei miraculo percul-
sos verba Canisius adiecit, admonens, vt in se
quisq; descenderet: exploraret animi sui statum,
noxas confessione piaret, vitæ nouum genus in-
stitueret, ne Diabolo aditum aperiret. Cessitea
res magno bono non liberatæ solum virgini, sed
aliis quoque permultis, ac nominatim præstanti-
bus viris duobus, parenti ipsi virginis, qui cum
Lutheranus tota fuisset vita, Catholicus factus
est: tum Marco Fuggero (is erat eius familiæ Pa-
ter, & Princeps) qui serio animum ad virtutem
applicuit. Illud tamen probabat magnoperè Ca-
nisius, quod optare Borgiam intellexerat, vt ad id
muneris vix vnquam Prouinciales quenquam de
Societate admouerent, testatus se nunquam vti
sperabat, futurum amplius Exorcistam. Quippe
Borgiæ, atque aliorum ante eum Præpositorum
sententia erat, Societatis esse partes ex animis, ma-
gis, humanis quam è corporibus malos fugare
Dæmones. Liberationem hanc alij fusè admo-
dum

*Non probat no-
stros homines
multum occu-
pari cum Ener-
gumenis.*